



Universitätsbibliothek Paderborn

**Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per
sedem Apostolicam**

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

Sequitur episodiu[m]. quod Coloni[a]e i[n] eccl[es]ia predictoru[m]. ad
Gherardi Zutphaniensis Theologi. viriq[ue] (dum vixit) clarissimi
sepulchru[m] depende[n]s. in ep[isto]lis Obscurorum nequiter ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

Expuat quis rabidum furorem
Ora distorquens sceleratus erro.
Et lacer suo iaculetur ausu
 fulmen inerme.
Tetamen nullum facinus libelle
Territet quod tu vereare missus
Sedibus nostris tua summus optat
 Dona sacerdos
Barbarum parui facies popellum
Et gregem hircosum laceraqz turbas
Que viros nunqz pietate claros
 Laudibus ornat
Hos rudes turpis docuit Eleno
Putrido ventris taminare fluxu
Omne quod christi titulos decusqz
 Nobile seruat
Quo sacre tandem sophie magistris
Tepium preses. et apostolorum
Gratiam sumas. venerare summi
 Numen olympi.
Cui velim dicas. tuus hec decenter
Gratus scribens. petit ut beatam
Hectoris vitam. phrigijqz tegat
 Secula vatis

Sequitur epiodiū. quod Colonieī ecclia
predicatoreū. ad Gherardi Zutphanien-
sis Theologi. viricqz (dum vixit) clarissi-
mi sepulchrū dependēs. in eplis Obscu-
rorum nequiter est immutatum

Hoc quicūqz vides saxum subsisse viator
Et subito largis flentibus ora fluant
Urbis Agrippine casum. lamentaqz noscat
Orbis. et insurgant postera secla queri
Occidit ante diem. fati crudelibus ausis
Doctor. in hac quondam maximus yrbesophos
Reliquias summi breuis hec capit vna magistri
Luius ad interitum. sacra Minerua gemit
Gherardo huic nomen. et huc Zutphania misit

Dives opum.patria.sicq; Sycamber erat
Vnic simul.ingenii.seruens.sublime.profundum
Maius Ulyssq; Dedalioq; fuit
Ignea vis etiam.pleно cui Lopia cornu
Optima de multis.vel mage cuncta dedit
Aurea coelesti tulit hinc propagine mala
Non ager hesperidum.que nec hymetus habet.
Lespite de viuo.violas.menthamq;.crocumq;
Legit.et aureolis.lilia mista rosis.
Dulcissimoq; satur.diuini nectare roris
Theologos inter.lumen honorq; fuit
Multiplicis rerum formas.abstrusaq; nouis
Condita nature.coelicolisq; deis.
Consultos inter iuris.Legumq; peritos
Lordatum gessit doctilo quumq; virum
Pro Christi grege sollicitus.vigilantior Argo
Et Capitolineq;.maximus edis.honos
Libera mens.rectiq; tenax.et nescia falsi
Virtutum cunctas accumulauit opes
Hic igitur notus.croceo quo phoebus ab ortu
Surgit.et occidua pronus vbi intrat aquas
Huins et (vt dignum est) manet. eternumq; manebit
Gloria.victuro perpetuata die
Non tamen hinc abeat quisq;.quini poplite flexo
Pro doctore.piis fundat ad astra preces.

In perfidos Iudeos Epigrāma eiusdem
Ortwini cuius etiā est carmen precedēs

Impia gens hominū.gens ferrea.gens male sperans
Tendit ad obscuros.tartara nigra.lacus.
Omnia vincuntur manibus.sic marmora ferro
Saraq; de facili sepe cauantur aqua
Sanguine mollescit adamās.glacialia phœbo
frigora.et a phœbo soluitur omne gelu
Monstra quot Alcides domuit:quot carmine manes
Thraūcius orpheus mouit:et ore ferat:
Sara quot Amphione:quot met hymneus Arion
Delphines:Thamirab quot miser ipse deas:
Nullo hec mutari poterit gens improba verbo
Improba. que vere est.trux.scelerata.rapax.
Lucifuga.inconstans.nullo mutabilis ego
Deucalionea vix renouanda manu